Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Ille supercilium madida fuligine tactum.
Obliqua producit acu. pingitque trementes.
Attollens oculos. uitreo bibit ille priapo.
Reticulumque comis auratum ingentibus implet.
Cerulea indutus scutulata. aut galbana rasa.
Et per iunonem domini iurante ministro.
Ille tenet speculum pathici gestamen othonis.
Actoris aurunci spolium quo se ille uidebat.
Armatum. cum iam tolli uexilla iuberet.
Res memoranda nouis annalibus atque recenti.
Hystoria. speculum ciuilis sarcina belli.
Nimirum summi ducis est occidere galbam.
Et curare cutem summi constantia ciuis.
Bebriaci campo spolium affectare palati.
Et pressum in faciem digitis extendere panem.
Quod nec in assyrio pharetrata semiramis orbe.
Mesta nec actiaca fecit cleopatra carina.
Hic nullus uerbis pudor. aut reuerentia mense.
Hic turpis cybeles et fracta uoce loquendi.
Libertas. et crine senex fanaticus albo.
Sacrorum antistes. rarum ac memorabile magni.
Gutturis exemplum. conducendusque magister.
Quid tamen exspectant phrigio quos tempus erat iam.
More superuacuam cultris abscidere carnem.
Quadraginta dedit graccus sestertia dotem.
Cornicini. siue hic recto cantauerat ere.
Signate tabule. dictum feliciter. ingens.
Cena sedet. gremio iacuit noua nupta mariti.
O proceres censore opus est an aruspice nobis.
Scilicet horreres. maioraque monstra putares.
Si mulier uitulum. uel si bos ederet agnum.
Segmenta et longos habitus et flammea sumit.
Archano qui sacra ferens nutantia loro.

Receptaculum crinium
Viri iurabant per iouem. femine per iunonem.
In speculo se ornabat quod culpandum fuit
Galba imperator fuit cynedus quia a cynediore othone occisus est
Semiramis regina fuit babylonie.
Cleopatra uxor fuit antonii regis egipti.
Fanatici dicuntur a fanis id est templis quibus presunt
Ut alios instruat sibi similes
Siue fuit tybicen siue cornicen
Segmentum est uestis muliebris qua nupte utebantur
Capsula dicitur in qua erant sacra dependentia a collo per lorum